



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio secu[n]da

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

rus et tactus. Quinque igitur
talentis donum quinque sensu
um id est exteriorum scientia
exprimitur. Duobus vero in-
tellectus et operatio designan-
tur. Unius autem talenti noie
intellectus tantummodo de-
signatur. **Scdm Bartheum**
In illo tempore: Dixit
iesus discipulis suis. Vigilate
quia nescitis qua hora
dominus vester venturus sit.
Et reliqua. **Omelia bti hys-**
perpicue ostendit quare supra dixerit de die
autem illa nemo scit: neque filius
us hominis neque angelus nisi pater
solus quod non expediat scire
apostolis ut pendule expecta-
tionis incerti semper eum cre-
dant esse venturum que igno-
rant quando venturus sit.
Et non dicitur quia nescimus qua hora ven-
turus sit dominus sed nescitis:
premissis quoque patris familie exem-
plo cur reticeat consummatio-
nis diem manifestius docet di-
cens Estote parati quia nescitis
qua hora filius hominis
venturus sit Tu autem domine.
plenius inculcat et replicat quare de die consum-
mationis et hora nec angelos
nec se scire predixerit sed solum
patrem quod non expediat scire
apostolis. Exemplum patris
familias est sui et fidelium ser-

uorum id est apostolorum ad
cohortationem sollicitate mens-
tis interserit: ut spe premio-
rum ministerent conseruis in tem-
pore suo cibaria doctrinarum.
Tu autem domine. **Scdm lucam**
In illo tempore: Dixit
iesus discipulis suis. Res-
pondo lucernam accendit et in abs-
condito ponit: neque sub mof-
dio. Et reliqua. **Omelia ve-**
nerabilis bede presbyteri.
De seipso dominus hoc lo-
quitur ostendens: et si sua dixe-
rit nullum generationi neque ni-
si signum iohanne dandum nequa-
quam tamen lucis sue claritatem
fidelibus occultandam. Ipse
quippe lucernam accendit qui
testam humane nature flamma
sue diuinitatis impleuit. Tu
autem domine. Lectio secunda.
Quam profecto lucernam nec
credentibus abscondere: nec
modio supponere: hoc est sub
mensura legis includere vel in-
tra unius iudee gentis ter-
minos voluit cohibere. Sed
supra candelabrum inquit ut
qui ingrediuntur lumen vide-
ant. Candelabrum ecclesiaz
dicit cui lucernam supposuit:
quia in nostris frontibus si-
dem sue incarnationis affixit
ut qui ecclesiam fideliter in-
gredi voluerint lumen verita-
tis palam queant intueri. Tu
autem domine. Lectio tertia.
k. ij